Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



sionē. Homines enim per maiorem suum iurant
et omnis controuersie eorum finis ad confir-
mationem est iuramentum. In quo abundan-
tius uolens deus ostendere pollicitationes he-
redib; ad inmobilitatem consilii sui interpo-
suit iusiurandum. ut per duas res immobiles
quib; impossibile est deum mentiri. fortissi-
mum solatium habeamus. qui confugimus ad
tenendam propositam spem. quam sicut anchoram
habemus anime tutam ac firmam et incedentem
ad interiora uelaminis. ubi precursor pro nobis
introiuit ihe. secundum ordinem melchisedech
pontifex factus in eternum. fer. Sexta.

Hic enim melchisedech rex salem sacerdos
dei summi. qui obuiauit abrahe re-
gressus a cede regum. et benedixit eum cui et
decimas omnium diuisit abraham. primum
quidem quia interpretatur rex iustitie. deinde
autem et rex salem. quod est rex pacis. sine patre
sine matre sine genealogia neque initium die-
rum neque finem habens. assimilatus autem filio
dei. manet sacerdos in perpetuum. Intuemi
ni autem quantus sit hic. cui et decimas dedit
de precipuis abraham patriarcha. Et quidem
de filiis leui accipientes sacerdotium. manda-
tum habent decimas sumere a populo secundum
legem id est a fratribus suis. quamquam et ipsi exierint
de lumbis abrahe. Qui autem non generatione
annumeratur inter eos. decimas sumpsit
abraham. et hunc qui habebat repromissiones